



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

13. Neque homines semper dubitare, quando per modum dubitantiu[m]  
loquuntur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45653**

*noscat, & relinquat post se benedictionem? Et paria habentur, apud Ionam. Quibus locis non dubitatur de Dei misericordia, licet in sermone figura sit dubitantis. Enim uero, ipsi sapientes seculi, ait S. Ambrosius, omnem gloriam suam statuunt in expressione verborum, que Latinè FORTE dicimus, Græce ταχα, non ubiq, produbitatione posuerunt. Quod etiam Homeri exemplo docetur.*

Iliad. 6.

XIII.

S. Gregor.  
homil. 9. in  
Ezechielē.

A&amp;.8.22.

-12. Irenaei

C. 1. V. 1.

S. Ambros.

loc. cit. &amp; S.

August. 1. de

vera &amp; falsa

Pœnit. c. 3.

Zach. 1. 3.

Ribera in

Ioëlem c. 2.

à n. 22.

vtatur, præter caussas, quas modo attigi, tradit D. Gregorius, quando Deus dubitantis in morem loquitur, mysterium subesse, vult enim innuere, vel voluntatis nostræ libertatem, qui nimis diuina voluntas, aut præscientia nō imponit necessitatem; aut difficultatem rei, vel paucitatem facientium id, quo de agitur. Quòd si homo aliquis dubitanter loquatur, obseruandum est, an res sit eiusmodi, vt turpe sit, illum de ea dubitare. Nam quando Petrus ad Simonem dixit: *Pœnitentiam age ab hac nequitia tua: & roga Deum, si forte remittatur tibi haec cogitatio cordis tui*, non dubitauit de remissione culpæ; cum ea ipsa sententia ostenderit, spem veniae & pœnitentiae locum nemini esse negandam. Iubet enim pœnitentiam agere eum, quem, vt S. Ambrosius ait, per magis vanitatem, blasphemantem in Spiritum Sanctum, & puram fidem conscientiam non habentem, Apostolica iam auctoritate condemnauerat. Igitur non dubitauit de misericordia Dei Petrus, si Simon ageret pœnitentiam; cum, præcipue si hæc ad sit, valde æquum sit, vt peccatori sua culpa remittatur; neq; dubitari fas sit de eo, quod adeò assueranter affirmat Deus dicens: *Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos.* Quia itaque de hoc Petrus non potuit dubitare, cur ait, *si forte remittatur tibi?* Nempe quia dubitare potuit, an vera esset futura Simonis & pœnitentia, & oratio; itemque, quod attinet ad pœnam, an tantus futurus esset dolor, vt totius pœna remissionem mereretur. Quod si verò neq; homines, cum videntur dubitanter loqui, semper dubitant, quanto minus Deus, quem nihil latet? Nimirum hoc est inter hominem ac Deum discrimen: homo, quia mentiri potest, multa, de quibus dubitat, pro certis affirmat; Deus, qui nec fallere potest, nec falli, et si omnia certissimò nouit, tamen, vt se se homini accommodet, loqui dignatur, per modum, dubitantis; certus ipse, quid in utramque partem euenturum sit; immo ita caussas secundas, iuxta earundem naturas, disponens, & complicans, vt sit futurum,

CAP. XXV.